

1569. festig / van onse Rijken / te weten van Spanjen en Sicilien / het ruij / en van Napels het ruij. Aldus ondergescreven bij den Konink / en geteekent / Vlierden. Voorts was met de handt van den Secretaris van Groeningen daer onder geschreven:

Wij ondergescreven Secretarius / en Gesdören Stadt-dienaar der Stadt Groeningen / doen te weten en certificeren / dat dese openen voorgaende brieven van Heer-daegsele van woerde te woerde van der Stadtz-recht-huse met det kolole publiceert en afgelesen zijn geweest / des h[er]te ih[er] Willem Amsink Stadt-dienaar voor-genoeint / dien achter-bolgende verdag-haert / soodanige personen / als in de selve openen brieven genoemt staen / om in persoon te comparen / op tijdt en plaece: item ten rinde / ook met waerschouwinge als des alles breedter in der voorschreven brieven verhaelt / en dat midts en dooy kracht der publicatie voor-genoeint / van welker voorschreven brieven ik ook de copie op-geslagen aen de de Hoofd-Kerk deure tot Sinte Marten in Groeningen / en daer en boven dit Exploit en daegsel insunderheit gedaen ten huise van den voorschreven personen laetste domicilie / ooste woon-plaetse / oeste der selver brantschap binnen Groeningen voorschreven: Alles durch speciael last en bevel / en van Hoogst-gedagte sijn koninglike Majestets wegen. Actum den ruij. Junii / 1569. By my Secretaris der Stadt Groeningen. Alting. Aldus gedaen en uitgegeven door my ondergescreven Stadtz-dienaar der Stadt Groeningen. Willem Amsink.

Tot het V I. Boek, pag. 399. lin. 23. (290.) Na de woorden eenen gelukkigen uitgang by te voegen, Dit geschrift luidt van woordt tot woordt in't Latijn gelijk volgt:

1572. D. GUILIELMI NASSAVII Principis Aurantii, &c. Germaniam inferiorem libertati vindicantis, ad Ordines & populum denuntiatio.

M Emores monere viri Belgæ jampridem desiit apud vos esse necessarium, siquidem ex calamitatis hisce annis per cervices vestras graffatae sunt, que vos haud dubiè neque ratione, neque sensu destituerunt, quibus hostem atrocissimum à fidissimo patrono, & salutari vindice distinguendum experiremini. Quam sententiam si quis propitius Deus animis vestris immisisset tunc, cum nos per universam Germaniam contractis multo instructissimis equitum peditumque copiis, vobis pro foribus vestris usurpandæ libertatis faceremus copiam: neque nunc deploraretis pulcherrimam patriam plus quam Phalaricæ tyrannidis atrocitate laceratam, neque ille omnis truculentæ antesignanus diutius stetisset, quam immanissimorum scelerum persolvisset poenas. Sed hanc expeditionem nostram exceperunt non solum alienæ à nostro incomparabili beneficio voluntates yestræ, vtruni etiam sinistræ interpretationes, mendacia, & calumniæ. Scilicet enim non aliter tunc ferebant rerum involucra, nisi ut, qui beluinam istam crudelitatem nunquam fecuturam sperabatis, causam ad eos solos pertinere arbitramini, quibus perditis vos tamen cum Republicis & facultatibus vestris stareatis, salvi & incolumes: Qui phanaticus error nisi tunc damnantibus fatis infessisset animis vestris, maluisse haud dubiè, ad recuperandam libertatem vestram, extrema adversus talen latronem declarare exempla, quam nos clavis portis, negatoque omni commeatu universa gratitudinis significatione frustrare. Et tamen nobis, ô miserrimi, atque afflictissimi, etiam vobis promissa fallentibus, ne ipse quidem, ut insolentissimus, ita ignavissimus vastator fidem abrogavit, quin tunc in promptu mihi fuerit non minus imbellis, mendacioque exaggeratas ejus copias vel in obvias quasque munitiones dissipare, vel castrorum probroris cancellis ad inædiem, & desperationem concludere, vel aperiens campis reluctantes, atque confernatas animis profligare, quam ad Rheni ripam satis multo tempore ex dissitis Germaniae finibus expectatum exercitum, in-vito illo, ac ne ostentare quidem se auso, in ulteriore Mozx continentem tranponere: nisi præter omnem expectationem in crudelitente per Galliam bello,

ad sociorum, qui dissitis amplissimi regni oris disclusi colligere se se non poterant, extremam necessitatem fuisse accelerandum. Quam festinationem elatissimus Populator si sibi (quod vobis persuasit) pro fuga nostra usurpandam, pro sua victoria apud suos celebrandum existimat: cur non etiam mendacissimis illis triumphis illud adjecit, quod nulla illa asperrima hyeme mundi elementa, nullæ coeli iratissimi injuriæ ita exercitum nostrum attriverunt, ut vel ipse (qui sibi tanquam victori tantopere plausit) à tergo nos infestare, vel occurrere à fronte rex Gallæ (quam & illic fatales pestes impuberem identidem opprimebant) sit aggressus? Imo cur ille suos periculo subtraxisse satis habens statim ad hyberna confluxit? hic missa benevolentissimis legationibus, subministratique exercitui meo rebus necessariis, spatium dedit, quod dispalatis per periculosas locas religionis confederatis suffecisse constat ad colligendas eas vires, quibus tam inexpectatum impetum non solum propulsarunt, verum etiam pacem istiusmodi artificum technis identidem violatam à benignissimo obtinuerunt. Cujus quota pars ad meum beneficium pertineat, qui primum nusquam non perlicitantes, illatis in regnum alienum castris, praestiti incolumes, deinde etiam selectissimis auxiliis fulcivi atque auxi, salutaris amicissimo tandem regno exitus demonstravit. Quando igitur viri Belgæ ita rerum vestiarum iniquitas comparata exstitit, ut non prius assertorem, ac vindicem salutis vestræ è manibus amissum deploraretis, quam illic superata demum omnia mala vos invitarent ad exempla, cumque extrema atrocissimarum injuriarum catastrophe fateri cogat, pluris vestra omnium (quocunque demum ordine, conditione, genere, loco, religione, conscientia estis) interesse, quam nostra, ut exoticæ, ac plus quam barbaricæ insolentiaz jugum tandem de cervicibus charissimæ patriæ abrumptatur: excipite quæso læto omne, atque exemplo restitutam jam tertium pulcherrimo, eidemque ut vicino, ita cognato regno pacem. In quo turbando sanguinolentissimus discordiarum architectus non solum hoc spectavit, ut unico hoc tanquam clipeo muniretur per universum orbem Christianum Antichristi diadema, verum etiam ipse peregrini furoris sumptu suam in capita, & fortunas vestras sustentaret tyrrnidem. Nolite obscurio committere, ut divinæ manui ad istum modum vobis recuperandæ salutis rationes præmonstranti defuisse videamini. Quid enim exhorrescit periculum? quid adhuc dissimulatis voluntates, aut supprimitis exhalceratores, quam ut supprimi velint, injuriis animos pugnante pro vobis, vocanteque ad applausum victoriz ipso numine? Maturivit enim (gliscientibus exemplis credite) ad ruinam suam iste tyrranus, devolutus est ad periodum insolentiaz, qua tam inauditis, atque detestabilibus exemplis impulsus sursum ac deorsum omnem antiquum statum concussit. Cujus si cursum ac fata non intelligentis, exitus rerum à constituto mundo perspicue docuit hanc esse omnium tyrronorum periodum, ut, postquam omnes scelerum numeros expleverunt, nec habent quod flagitiis addant, tunc sub ingenti mole delictorum satiscant, urgentibusque nefariaz conscientiaz stimulis spem omnem profligaram dedant ad pœnam, adeo, ut nec requiem, nec solatium ab hoc æstu inveniant ullum, nisi ut sui ipsorum tandem evadant carnifices. Ad quod præcipitum si nondum pervenit existimatis, agite, ostendite ullum vel minimum divini humanique juris vestigium, quod intactum ab illo dicere possitis. Quas immunitates, privilegia, judicia non funditus sustulit? quibus provinciis, urbis, agris, cui sanguini vel heroico, vel populari percit? quid reliquum fecit quod non violentissimis exactionibus, decimarum, vicelmarum, centesimarum etiam ad anetum & mentam usque, vobis ne rogatis quidem, expilavit? protervia, edacitate, gula, rapinis, furtis erratici fatellitii exhaustus? libidinibus, adulteriis, stupris, yi, raptu, incantamentis, venenis corrupti ac foedavit? uxores vestræ, (vobis ne mutire quidem ausis) nefandissimis recutitorum amplexibus hæserunt, filiæ philtris ad turpissimos impurissimorum

1572.

(R.) 2

scru-

1572. scurrarum amores dementaræ, pueri probra passi, quorum nomina haec tenus ignoravit utraque Germania. Qualia si in militum insolentiam rejiciat, cur militem habet sine disciplina? cur omne facinus impunitum dissimulat? cur flagitiosissimum quemque summo loco habet? cur præ cæteris cultissimi enitescunt, quibus furta, ac rapinæ suppetunt ad splendorem? Quis similem unquam imputat vel cogitavit? nisi (quod in hac gente jam diu spectatum est) qui Christianorum pudori & pudicitia fuit ex professo hostis? Sed quem ille qua disciplina contineat? ad quod tribunal sifstar? quibus legibus reum peragat? quibus judiciis damnet? qui omnes Magistratus redigit in ordinem? qui tribunalia evertit, suffragia comitiorum tam in urbibus, quam provinciis abrogavit? immeritas civitates, quæque ad ejus successus non parvum momentum attulerunt, molestissimis præsidiiis opprescit, non nullarum splendidissima domicilia (quorum municipatus ad Germaniæ Sacrosanctum Imperium pertinebat, in cancellos suorum latronum mutavit? noxam atque innocentiam, sacra ac prophana nullo discrimine habuit? Quæ omnia quo tutiora redderet adversus ignaviae vestre posteritatem (quæ tamen ne ulla unquam ex ossibus vestris exoriatur, publicè satagit') an non antiquissimæ nobilitatis dominia ac jurisdictiones abolevit? oppidorum ac arcium dominos, quorum opera ad ministeria istius laniæ superbissime est usus, inter infimas classes sedentario vulgo æquavit? nonnullos etiam inauditos procul omni tribunali vestigio furcis affixit? Fuerit vero ei commodum multorum virtutem vel læsa Majestatis, vel hæreseos arcessere, quibus (Deum immortalem testor) nihil tam cordi fuit, quam regiam majestatem conservare, leges, judicia, patriam tueri, seditiones atque turbas avertere, conscientias piorum civium ex præscripto verbi Dei tranquillas constituere, fontes punire, atque sic confirmata Republica unumquenque in suo ordine, ac dignitate indemnem prætare, cur igitur non facit hic græfandi finem? quid meruerunt ordines Ecclesiastici (quorum Camillus videri vult) ut de inveterata eminentia, quæ ante eum semper illæsa manxit, dejiciantur? opibus spoliuntur? communis reatu comprehendantur? An hoc est Catholicam (quam jactat) Ecclesiæ defendere? avitam religionem assérere? hæreses tollere? cum abbatias, collegia, conventus demolitur? tempia auro, argento, gemmis, purpura, antiquissimorum Regum ac Principum liberalissimis donariis spoliari? sacrilegiis ipfis faburratas classes in Hispaniam dñmittit? denique illis præcipue rebus vim facit, & sacrilegas manus infert, quas nullus unquam hostis Albanica religione imbutus ausus est tangere? Quam execrabilium injuriarum lernam, qua omnes (ut experti estis) nullo discrimine ordines opprescit, si quis justo animi libramine secum perpendat, credo non hominis esse dicet, nec impii quidem atque extremitate insanii, sed Mahometicæ alicujus tigridis, quæ non aliud agat, quam, ut universum simul omnium Christianorum fæguinem, nedum nostrum paucorum, forbeat, unoque haustu ingurgitet. Nam siue divinam agit causam, quod ad violatam attinet religionem, siue regiam, quod ad læsam rebellione ejus majestatem, turbatamque seditione Reipublicæ tranquilitatem (quæ duo capita hæc tyrannis violentiæ suæ prætexit) cur extra cause fines sece effundit in nihil meritos? cur æteria expilat? civitatum proventus intervertit? privatas omnium possessiones decurat? commercia, pacta negotiatorum, sudores Mechanicorum, obfonia & minima quæque esculenta decimat? denique, cur etiam illa bona tanquam integra addicit fisco, quæ tabulis creditorum sunt obnoxia, nulla habita cujusquam vel syngraphæ vel hypothecæ ratione? Dicat tandem quos oppugnet, atque ad poenam persequatur, quos item defensos servatosque velit, qui neminem excipit, ne illos quidem, à quibus clam submissis in Hispaniam consiliis accersitus adeat, à quibus cupidissime receptus, ac fortissime adjutus est, sine quorum ope nunquam hucusque potuisset progredi. Sint vero adhuc degeneres animi, qui extremis oppressarum rerum

reliuïis acquiescendum ducant, qui obduci hisce vulneribus longa patientia consuetudine cicatrices sperent, qui successorem hoc vastatore mitiorem expectent, illi velim videant, quam inde sibi imaginetur mitigationem, ubi rege ab ejusmodi artificibus oppresso, ne faciali quidem jure arbitri pacis cum omni observantia missi inviolati præstentur. Clemenciam præstet? aut ignoscere sciat illa conjuratissimæ tyrannidis officina, quæ, quam ne simulare quidem hoc possit, satis evidenti exemplo pridem patuit, proposito (si diis placet) ad malorum omnium solarium veniae formula. Quæ postquam instar aurei mali excepta fuisset omnium desideriis, quid aliud venata est, quam ut, quicunque rei adhuc facti non essent, hi è latebris suis sua ipsi sponte in tabulas damnatorum se se dedarent? ut quotiescumque respirasset hic carnifex, tum velut è corte protraheret ad lanienam, qui sua se se stultitia sic illaqueaserent. Excutiantur (si libet) singula verba, nullus illic apex est, qui non in modum illicis, atque hami expositus sit, ad inescandos etiam illos, qui ne cogitarint quidem unquam (quod quidem tyranno religiosissimum est) de religione. Profecto nisi extremi solatii punctum invidislet vobis, saltem nuper Reginam serenissimam Sacratiissimi Cæsaris filiam in parentum ac mariti ditiones devectam, more majorum obtulisset oculis vestris ad lætitiam, dedisset aditum, fecisset gratia alicujus largiendæ (qui mos est) potestatem, supplicibus libelliis locum aperiuerisset. At illam lintribus per Gelria obscura littora raptatam quanta celeritate non Dominæ, sed captiæ instar per campæstria Brabantia traxit? ne vel amoenitate avitarum regionum, vel splendore urbium caperetur, vel pueri commiseratione preces afflictorum colligeret, quas ad pulvinaria Regis mariti refunderet. Quæ festinatione tamen quam fælix explendæ tyranice libidinis inventi compendium, cum, quanto maximo sumptu, atque cultu vobis convocatis tanquam ad panegyricum novæ Dominæ ac Sponæ, inopinata impudentia ingentem pecunia vim extorxit, ut scilicet suæ beneficio dotatam, non vestra munificentia donatam obruderet Regi. Quid? quod tam periculose ac despectim classe hyberna detrusam etiam contumelia prosecutus est, cum ejus nuptias, quas oportebat tot regnis esse festas & faustas, tristi luctu, funeribusque foedavit. Intellecto enim Montigny Baronis uxorem quasi cum patrona deprecatum proficiisci, etiam illic prævenit, ne vel Regina cuiquam mortalium lætitiam adferret suo conjugio, vel miseræ feminæ copia fieret (si nihil aliud) saltem extremum valedicendi marito. Quo vel unico facinore cunctis totius orbis populis in promptu est perpicere Hispаниi Papatus, ejusque conjuratorum monstruosam crudelitatem, qui cum Marchioni Bergensi cubiculario quandoque Regis, ejusque quasi collectaneo cicutam porrexissent, Montignum, quod frater Hornensis Comitis esset, quadriennali carcere excarnificatum penè spectante uxore sustinuerint jugulare. Hoc erat Epithalamium scilicet canere Regi nuptiis, hoc erat Panegyricum celebrare Imperiali pueræ: Germanico sanguini, Regiæ uxori, nepoti, totque modis conjunctæ etiam absque conubio. Sic Hispanicus Senatus Inquisitorio spiritu accessus' jus gentium servat, Regium jusjurandum præstat Sacrosanctum, honorem habet ordinibus Inferioris Germaniæ, qui evocante & jubente ipso Rege eos viros ad eam legationem protruserant. Excutiantur rerum gestarum historiæ, respiciantur gentium omnium mores, perlustrant mundi totius plaga, quæ unquam Scytharum feritas, quæ Anthropophagorum famæ istiusmodi laniatum commisit? Sed his injuriis operistarum conjuratorum, quos in Hispaniis habet, per Regiæ & Regiæ capita, per procerum cervices, per civitatum jura, & innocentium civium jugulos circumferendis, materiam aliquam suppeditant manda-ta, quæ Regiæ voluntatis prætextu jacitat: illam mihi dicat unde depromat superbiam, qua viduam Hornensem territoriis & bonis Imperio Germanico subjectis, & D. Batoburgicum feidis ejusdem Imperii antiquis immitissimæ extruso, ne mandati quidem Imperia-

1572. perialis audita Majestatis ad decreta togatorum Comitiorum restituit? cur quæso in illos etiam grassatur, quibus neque cum hæresi (quam clamat) neque cum seditione quidquam commune fuit? nisi quæ omni generoso sanguini sit infestus? pulcherrimis quibusque dominiis & opibus inhæt? Audistis hæc, & vidistis, & adhuc ad absolutam immanissimi tyranni molem quicquam, ut accedat, expectatis? At vos, ô boni, scitote quidquid est quod ille adhuc conetur (conari autem nihil potest, nisi quod nunc tandem ad extremum provexit incrementum) id, ut in caput & jugulum ejus vertatis, in vestra esse potestate, si exempla eorum secuti, qui nostra fideli ope implorata, armatis præsidii sese munierunt, felici tædio concrescentem servitutis jugo cervicibus vestris callum detruncetis. Sin verò oblatam occasionem eadem, qua ante triennium vel cæcitatem, vel ingratitudine negligatis, nihil aliud futurum expectate, quam ut idem choragus, qui identidem inter famam discessus sui adventum successoris suspendit animos vestros, fabulæ, quæ ex afflictissima phantasi in hanc cruentissimam epitasin crevit, imponeat catastrophen, cuius dolor non ad unum aliquod regale culmen pertingat, sed (quod nemo unquam Poëta vel in scena ausus est fingere) ad excidium, quo reliquæ omnis dignitatis, honestatis, & libertatis, quæ hactenus omnes ordines Belgicos ornarunt, semel evilescant & concidant. Expectate inquam ô multo afflictissimi, ut omni religionis mentione (quocunque demum ea nomine tam Catholicos, quam hæreticos, ut hostes nostri loquuntur, comprehendit) deposita, munitis duntata paucis portibus ad decimandas negotiations vestras, reliquas omnes nobilium dominiorum arces, urbium portas, propugnacula, muros solo æquet, instrumentum bellicum (cujus pretium vix justi alicujus regni opes æquent) cum reliquis (quod pridem vidistis) ærariorum & templorum thesauro in Hispaniam deportet, vestigalia vestra, & census, quibus Magistratum vestrorum dignitas, munitionum impensæ, civium securitas, pauperum ærumnae sustentata sunt, in fiscum & prædam Marranicæ avaritiae extorqueat, donec honestissimorum, humanissimorumque civium coetus in Normandum & Schytarum feritatem exasperentur, collegiorum dignitas in exploratorias Franciscanorum speculas degeneret, reliqua excultissimarum regionum oblectamenta pro Lybicis solitudinibus obsolescant, denique quicquid ubique fuit terum privataram, publicarum, sacrarum, prophanaarum, quicquid operæ, laboris, industrie, id in eternam confliter prædam, cuius ipse nunc inæstimabiles primitias secum abradat, quod deinde renasciturum sit, id in singulos annos (sicut Promethei olim fibræ vultures paruerunt) egentissimum quemque & rapacissimum, qui ex Bethicæ mutilatis opilionibus sit successurus, expletat, ditet, ornat, armet, efferatum reddit in libera liberorum vestrorum colla. Quod eum moliri tametsi vos jamdudum innumeris exercitus spectastis, atque experti estis, tamen, quo evidentius cognoscant, maximè, qui nullas non etiam notissimas injurias ad solatium suæ ignavie accommodant, hoc ineft illi Lenocinio mystici veneni, quo pridem partim publicè, partim privatim tam extorquere, quam blandiri vobis conatus est, ut acta omnia sua rata haberetis, quidquid ipse designasset, id utile & necessarium ad constitutionem Reipublicæ vestroque consilio & jussu factum renuntiaretis, scisceretis, legem esse juberetis. Videtisne quantum honorem deferas? quantum autoritatem vobis relinquat? nimirum, quibus extra hæreseos, & rebellionis causam armata tyrannie & nomen & res abstulit, iis unicam potestatem relinquit, qua ipsi vosmet scelerum omnium tam in deos, quam in homines damnatis reos, ac perdati. Quod si semel consecutus esset, tum profecto nodo vos constringeret Herculeo, quem neque nepotes vestri essent soluturi unquam plorando, nec si mitior quicquam ex factione impurissima succederet (ut maximè alienus esset ab ejusmodi atrocitate) potestatem haberet vel ad latum unguem recedendi ab iis legibus, quæ iste Draco, non tam suo jussu, quam vestris suf-

fragis sanctitas & consecratas reliquisset. O! portentosam insolentiam, libidinosissimam tyrannidem, nequissimam insultandi proterviam, qui afflictissimis & miserrimè oppressis non solum ingemiscendi, plorandi, querendi eripit facultatem, sed ipsos etiam dolores, ac ploratus invita vultuum serenitate gaudiis & applausu cogit mentiri. Quis unquam Siculus ita confidus est suis successibus? ut sclera sua pro legibus sanctire ausus fuerit, vocatis ad suffragia etiam ipsis spoliatis atque oppressis? Ulciscendis & tollendis adversariis omnes tyranni imposuerunt furoribus modum, hoc uno fine æstimarunt omnem potentiam. Quin & tunc, cum sœvirent, parcere maluissent, si absque metu tueri dominatum licuisset. Nemo sibi perpetuitatem promisit, nemo fortunam, quæ semel favisi iniquitati, speravit hæreditariam fore suis nepotibus. Phalaridem occupata Republica sœvire coegerit necessitas, à voluptate sœviendi ita abhorruit, ut suppliciorum architectum captata humanitate incluserit propriæ machinæ. Noluit vim naturæ inferre, ut à calamitatibus & mortibus abeant propriæ pereuntium voces, quæstus, suspria, lamentationes: iste, cum maectet regna & populos ad exitium, non ab homine vocem taurinam exigit, sed (quod multò atrocius est) vobis ipsis oppressis celebrando miseriarum & clodium vestrarum triumphos obtrudit. Cujus atrocitatis si quis hactenus nul lam animo suo impressit imaginem, ille tandem oculos convertat ad illam nuper in arce Antwerpensi erectam statuam, illam inquam ita omnibus superbiæ, arrogantiaz, furoris, impietatis numeris absolutam, ut certo constet ad fictionem non solum non suffecisse in Belgica artifices, sed & per Italianam, atque Hispaniam quæstos, qui consentaneo impietatis & blasphemiaz Spiritu inflati atque accensi, unam tandem ideam exprimerent, quæ omnes veterum Salmoneos, Atreos, & gigantum θεος immanitate superaret. Scilicet enim stat ille theatrica basi sublimis ex ære captivo (ut jactitat) conflatus, jacent sub pedibus non modo illi, quos optime de Rege meritos pessimo mortis spectaculo sustulit, verum etiam quidquid vel est, vel tuit reliquæ nobilitatis ac populi, adjacent arma vestra hactenus libertati asserenda hostibusque depellendis comparata, iisdem comminuta, confracta, protrita pedibus, libelli supplicum avertis & furdis repudiantur auribus, dextra motus manu compescuntur, pax restituitur, hoc est, omnes suffragiorum, legum, comitiorum, consiliorum liberæ voces comprimuntur: mox æstinas, serenat cœlum, pellit omnem pestiferam exhalationem, ut gramina hiant innoxia peccori, hoc est, ut profligato verbi D E I rore locum inveniat Antichristus, ubi effundat caliginem & nubes perditionis publicæ. Sinistra caduceum tendit, ut intelligatur Tribunitia potestate adesse jus vitæ & necis: huic subjecta est ara D E I Patrum nostrorum, quæ ritu Sarracenicae superstitionis (quæ gens huic triumphatori avita est) holocausto nideat, quod ex impiorum paparum, sacrificiorum, trionachorum calidis lupanaribus assurgat in cœlum ad foodandam faciem D E I. Ecce beluam tandem non modo formidabilem, verum etiam voluptate scelerum gestientem, vestrumque calamitatum suavi pruritu insultantem vobis. Quæ cum talis sit, quid obsecro vel divini, vel humani juris inconcussum, aut intactum reliquit? quis est vel Deorum omnium (ut ita dicam) vel hominum, qui quidquam suum dicere possit, postquam hujus lernæ fauces complexæ sunt omnia? An non semel sine discrimine quidquid est tam hominum, quam rerum per Belgicam nostram id velut uno hiatu ad perpetuam, cum servitutem, tum reatum arripit, atque abiortet? Quid dico? an non una quasi ancipiiti plaga detruncat etiam in posterum materiam omnem sperandi meliora? cum ea vos conditione relinquere conatur, ut ex felicitate istius tyrannidis successoribus suis stabilitat eternam latrocinandi officinam? eamque vestris communibus sententiis crudelitati velut arani consecratam dedicet? Sin verò fata criminibus istis diuturnitatem abrumpt, nec finant vim regnare diu, tum reliquis quidem civibus ope divina, nostrisque sanguinis, &

(R) 3 for-

1572. fortunarum omnium sumptu fidissime servatis, vos imprimis, qui Magistratum geritis, vel implacabilibus adversariorum vestrorum furoribus objiciat, vel certe ad causam dicendam legitimis judiciis obnoxios relinquit? fecumque ad talionis poenam præcipites trahat? Et certe quanquam oportebat istius vastationis vos, qui saluti publicæ Sacramentum professi estis, ne spectatores quidem existere, nedum actores, adjutores, & satellites, tamen, quamdiu primis tumultibus causa discerni non potuit, & specie puniendæ seditionis, atque hæreseos latere datum fuit tyrannidi, superfluit excusandæ ignorantiae locus aliquis. Postquam vero ille sublata (unde sœviendi prætextum sumpsit) seditionis materia, nullo habito personarum, locorum, ac rerum discrimine, universa patriæ commoda tanquam commissa vertit in servitatem & rapinam, idque nunquam edita Regia voluntate, quem obducetis colorem, si id vobis suffragantibus fecisse videbitur? Quo exitiali atramento ne te fatalis sœpia condat, vosque fugiens obliniat atque eludat, in vestra potestate est non solum ut culpam omnem, quam communicatione immittissimorum actionum contraxisse videri possitis, expietis, verum etiam inita nova gratia in posterum omne periculum vitetis: si deditis urbibus, abjectoquæ tyranno in nostrum patrocinium recepti, deinceps de communione patriæ salute sarcinda intenti esse velitis. Quod ut propensius faciatis, commonent vos jusufandi vestri, quo singuli vestris civibus, plurimi etiam mihi alligati estis, exempla clarissimarum civitatum, portuum, fluminum, ostiorum, quæ sine exemplo (ut videtis) jugum abjecerunt, classesque & præsidia mea receperunt: ut tutius (ecce præsto adsum cum instructissimis subsidiis nullo præterita ingratitudinis offendiculo alienatus, ut vel extremis pignore fidem meam, quam patræ, patrimoniis, & in primis iis debeo, apud quos Magistratu me hactenus nunquam abrogato fungi Rex jussit) liberem. Cujus abrogationis cum ille nunquam secundum nostrates leges mandatum exhibuerit; nec fidem hactenus, quam debebat, ad potestatem usurpandam vobis fecerit, sed è diverso suppositiis Hispanicæ aula stationibus populo Belgico exagitando edita fixerit, atque refixerit: videte obsecro quanto Sanctius sitis eam secuturi, cui meministis plus minus ab hinc sexennio ex formula totius transmarini Regii Imperii curam demandatam, quemque scitis multa præclaratam sua, quam liberorum dominia inter vos possidere, ejusdemque hæreditarium jus esse, Brabantæ, & Marchionatus Antverpiensis libertatem tueri: quam barbarum advenam, qui vobis tanquam hostibus nihil reliquum faciat. Supereft igitur ut deseratis Sardanapalum effeminatussum, Phalaridem crudelissimum, tyrannum Diis simul atque hominibus æque invisum: denique (ne quid metuatis) pridem comitis Imperialibus omnium sententiarum consentientibus decretis damnatum. Qui tamen nihil unquam in quenquam potuit, nisi quem vel discordia fregit, vel qui sponte subjecit cervicem. Qui, quo certius tandem & ipse procumberet in fata sua, ecce quo vesania atque furoris tunc inferbuit, cum etiam satellites editorum cardium machinis suppliciorum suorum (quod nemo unquam fecisse legitur tyrannus) inclusos funestissimis exemplis jugulavit. Quem exitum nemo, qui tyranorum norit ingenia, dubitet, quin etiam vobis omnibus destinaverit, nisi oblata sanctissima occasione lubentissime servari, quam pertinacissime perire malitis. Quam securus sit, quam prorsus nullis nitatur viribus, videtis, qui sparbis per pauculas urbes paucissimorum latronum manipulis, libidinibus & delitiis altum se se condidit, neque ad ulla sana confilia convalescere sustinet. Ad novas copias conducendas, vel illis etiam maximis spoliis, quæ tam ex vestris facultatibus, quam nostris exuvii priderit legit, quam inventurus esset gratiam, ipse satis præsagiit, cum Megenses cohortes ignominiose exautoraret, Arenbergenses stipendio fraudatas truncaret, Germanicas decimaret, in quibus quam nobiles, grandævos, atque exercitatores omni emerita per totam Europam militia tribunos, consignata solenniter fide ad nova autoramenta voca-

tos, gladio percusserit, laqueo suspenderit, quadratim discerpferit, audivit & in posterum cavebit tota Germania. Quod ad Hispanica attinet supplementa, quorum subinde inanem, ne dicam ridiculum terrorem, spargit, plures illic homo novus & Judaica perfidia orluhdus (quæ occulta ei in nos odii cauſa est) inter antiquæ Hispanicæ nobilitatis genuina stemmata reliquit inimicos, quam hic vel invenit vel fecit. Quod etiam in causa fuit, cur illam fascinato Regi, atque in-vito Regis filio extortam expeditionem nullus ingenuus miles sit secutus, adeo ut in ipsa Hispania nullum invenierit exercitum, priusquam vilissimus aliquot Africorum mancipiorum tyrociniis Siciliæ, Apulie, atque Insibriæ præsidia ad spem deducendarum in nostram patriam coloniarum, detruncata utcunque ad jungeret, quibus in itinere accessit ea Allobrogum, Alpinorum & Eburonum collities, quæ sub iisdem signis mentita exoticum noniem barbarico sono vestre simplicitati passim imposuit. Ejicite igitur, imo unanimi impetu ad talionem corripe exosum tam apud Hispanos, quam Italos & Germanos monstrum, cævete elabatur nequissimum caput utriusque Germanie triumphis inflatum, ille inquam, extremæ crudelitatis archetypus, qui tam pridem præclarissimarum civitatum vestrarum portas, portus, compita omnia cadaveribus civium vestrorum foedavit, qui neque sexui, neque ætati, neque dignitati pepercit, qui liberiorum hominum vitam plus quam pecudum lanœ mactavit, orbitatem, luctum, reatum promiscue omnibus domiciliis intulit, mactatorum corpora vel in furcas sustulit, vel ad sepulturam conquiri vetuit, vel certe omni sepeliendi honore, solennique comploratu exclusit. Ego vicissim nusquam vobis deero, quem videtis vel etiamnum eo profecisse ut si mari fugient tentet, classibus meis se obseptum experiatur, si Galliam respiciat, in munitissimarum civitatum incurrit præsidia, fin eas vias relegat, quibus ingressus est, illac mea castra opposita sentiat. Reddite vos tandem libertati, libertatem Reipublicæ, Rempublicam pristinam ornatu exultam, atque ab isto luctu erectam Regi, qui si vel nunquam absens fuisset, vel jus gentium legatorum nostrorum libero commeatui conservasset (quod ei perfidia istiusmodi consultorum non licuit) nunquam ad hoc rerum omnium nostrorum excidium devenissemus. Quibus, cum non aliter convalefcere ad salutem licuerit, nisi ut sumptis armis vis vi deturbet, ne quem ratio nostri consilii fugiat: has esse mihi, nec illas alias hujus belli causas, Deum immortalis, qui mihi justissimæ defensionis Dux aderit, testor.

Incolimi Regis Majestate, resciſſis omnibus edictis, quibus vis fit conscientiis & legibus, libera fiat amplecti volentibus Prophetarum, Christi, & Apostolorum doctrina, idque ad exemplum Ecclesiarum hactenus ea doctrina utentium, reculantibus (si quieti esse velint, & fuisse demonstrent) nulla injuria ut frui utili fuiſ rebus liceat.

Inquisitionis nomen in sempiternum dispungatur. Sophistarum, Monachorum mendicantium, & cum his conjuratrum conatus coerceantur:

A Republica removeantur, qui legibus in ea locura habere non debent, multò minus, ut armis affligunt simplicium animas.

Spoliatis domicilia, res, patrimonia, existimatio, immunitates, privilegia, leges, quibus conservetur libertas, restituantur.

De Republica administranda comitiis provincialibus rogetur more majorum.

Ea res ad Regem ipsum, & ordines, qui per singulas provincias evocari soleant, pertinet; non secreto agitetur inter homines mercede conductos, cætera alienos, quorum perfidia & rapacitate in istiusmodi calamitates deuentum est.

Magistratu, militia, provincia abeant, quibus jura provinciarum, pactaque inauguratorum Principum obstant.

Ille ipse, qui nullo hæc unquam testimonio Regiae voluntatis in populo Belgico fustulit, sistatur; ut intra fines

1572. fines nostros causam dicat juratis legibus & moribus Belgicis, reddit actorum suorum rationem, experitur judiciorum eventum.

Qui, quoniam a proposito recessurus non est; nisi, ut quæ seniel abrogata, atque antiquata tenet, ea ad extreemam vestram permittem, retineat: ut quæ amissi nolitis, mecum vindicatis, vindicatis, tueamini, etiam atque etiam per meam, ac vestram fidem charissimæ patriæ ex jurisjurandi formula devinctam vos obtestor & evoco, ni faciatis, me extra noxam fore, si quid durius admovendum sit, plenissimo modo, quo ad fieri potest, protestor. Sin (quod felix faustumque sit) omni recipiatis presto elute, ut primum Christo Deo unico Servatori nostro post Regi legibus juratis acquiescent, tandem mihi patrono patriæ & libertatis vindici fidem juretis. Quam si inviolatam præstiteritis, mihique tam ad religionis, quam etiam legum, ac judiciorum pacem sine cuiusquam ordinis injuria constituendam adjutores sitis, tum demum expectandum scitote, ut ante omnia placato numine, reddito sive potestati Rege, constituta Reipublicæ tranquillitate, negotiations vestras liberrimo commeatu per Germaniam, Angliam, Galliam, Sarmatiam, à quibus incomparabili rerum omnium vestrarum injuria vos inhumanissimus vastator, abrupit, recuperatis, proculque omni decimationis, direptionis, servitutis injuria exerceatis. Hæc habui, quæ ante arma, vobis, qui adhuc in tyranni potestate estis, denuntiarem, ne in posterum cujusquam pertinacia ex erroris prætextu proferat excusationem.

Datum 16. Junii 1572.

Volgt de vertaling van de voorgaende Vermaning.

Vermaninge van W I L L E M van N A S S A U, Prince van Orangien, &c. Hersteller van de Vryheid der Nederlanden aen de Staten en de Gemeente.

**M**EN heeft al oter lang niet van moeden gehad u Nederlanders, selfs ingedachtig zymde te vermannen / nademael foodanige onheilen dese laetsje jaren over uwé hoofden geswochten hebben / die u buiten twijfel noch reden noch sinne of gebaelen doen ontbreken / waer door ghp 't ondersecht tuschen een tweede wapant / en gretouwe voorstander of heilsmee beschermer moogt beproeven. En in dien 't Godt belieft hadde dit gebaelen in uwé gemoederen doen in te planten / als wop met ons leger van uitgelesen volk te voet en te paerd door geheel Duitslandt vergader / u op uwé grenzen 't gehuuk van uwé baethet aen de handt gaven: so en souder noch ghp beklaagen de verwoestinge van uwé schoon Vaderlandt door de wrechtheit van een meer als Phalarische tyranne; noch en soude dien bel-hamel van alle moertwilligheit langer hebben binibben staen sonder straf te lijden voor syne verfaepelike feiten. Maer dese onse kriiggs-tochte wierde niet alleen bejegent door uwé af-keer van onse onwaerdeelike welbaet / maer ook doo/ verkeerde duidingen / leugens en lasteringen. Toch 't schijnt dat de verwoestinge der saten doen niet anders konde mede hengen / dan dat ghp nooit vreesende voor 't gevolg van die verwoestiche wrechtheit / dachter dat het werk die alleen aenging / na der welker ondergang ghp echter niet uwé Republiek en goederen byn en behouden soude bestaen blijven. En by aldien dese fantastijke doeling tegens de wil van 't noode-lot / doen over uwé gemoederen niet geheerscht hadde / ghp en soude sekerlijck tot de wederkeijginge uwer Vryheit liever de uiterste middelen tegen sulken Maondenaer gezulkt / als ons niet het sulken moet prooven / en weigeren van alle toevoer / alle opinie van uwé danichaerheit ontnomen hebben. En echter soude die soude moertwillige als bloedhertige verwoester / o ghp seer ellendige en verduuktameinen / niet tegenstaende het verbreeken unter belofsen / niet derden ontkennen / als of het doen niet in myn macht gewerst hadde / so wet syne swakte / en door leugen vergodee benden of in de naest-gelegene bestrijgen te drijven en te verstoopen / of binnen de schandelijcke palen van de Leger-plaetse tot hongers-noodd en verwoesteling toe te beschutten / of door een openbare slag de tegenstrevende en verstaegde te verslaen: als ook het lang aen den oever des

Rijns van de afgelegene grenzen van Duitslandt bewachte heit / tegens sijn wil en dank / die niet eens soude hebben durven voor den dag komen / over de Maese te doen passeeren / indien ih niet buiten alle verwoestinge op 't aengroepen van den oozlog in Danskrijt / myn genootschaet bevonden hadde / te haesten tot opstant van myn mede-genooten / dewelske in uiterste moede zynde / van wegen hem verstoornheit door de veze afgelegene gewesten van dat groote Koninkrijk niet konden in een vergaderen. Welke haestinge die hoofdordige verwoester / indien hp 't selve soo wel hem / als u heeft kunnen wijs maken / gracht heeft voor onse blucht te mis-braken / en voor sijn overwinning by de sijne te roemen: waerom heest hp by die leugenachtige triumphen ook dit niet opgevoegd / dat in die secr felle winter geene Clementen des wereldes / geen ongemakken des vergranden Hemels / onse volkeren soo verwaakt hebben / dat of hp (die hem selven als overwinnaer soo seer heeft toegejuigt) ons van achteren heeft komen op 't lyf vallen / of de Koning van Danskrijt (den welken ook noch onmendig zynde daer ginder de doodelyke plagen by wijlen verduytten) van vooren te gemoet komen? Ja waerom is hp / genoeg achtende de sijne het gedaer ontrokken te hebben / terstond in de Winter-quartieren geloopen? Dessen heeft na sendinge van goetgunstige Ambassaden / en versieninge van nootfakelijke dorpen voor mijn volk / soo veel tydt verleent / als men bevonden heeft voor de Bondt-genooten / die hem en weer in gebaerlyke plaetzen verstoort waren / genoeg geweest te zijn / om die machten te vergaderen / door de welke sy niet alleh den onverwachten aenval afgekeert / maar ook de vrede die door de liestigheden van foodanige konstenaers by wijlen geschonden was / van hem seer goetgunstig verkregen hebben. Waer van hoe groot een deel aen myn welbaet verpligt is / die voor eerst oter al de geene die in gebaer stonden / door overwenginge van myn Leger in een vremdt Koninkrijk / geredt / en daer na ook met uitgelesen hulpvolk ondersteunt en vermeerdert hebbe / heeft eindelijck de heilsmee uitkomst voor onses vriendes Koninkrijkt betoont. Nademael dan / o Nederlanders / het ongeluk van uwé saten soo bestelt geweest is / dat ghp niet eer behlaegdet / dat den beschermer van u welvaren uit u handen verlooren was / dan de eindelijke overkomst van alle onheilen daer ginder u tot een voorebeeld verstrelite: en gemerkt dat de laetsje uitkomst van de seer tweede ongelijkheit u nootfakelijke te bekennen / dat het mere u alle (van wat ordet / standt / geslacht / waerdigheit / Gods-dienst ghp moogt zyn) als ons aen gelegen is / dat het jok van de uitheemsche en meer als barbarische hoogmoedt eindelijck van den hals uwes alderlieffsten Vaderlandts afgetorpen werde: soo ontfangt / bidt ik / dese vrede / die tot een bip voorteken en voorbeelde nu voor de derde mael herstelt is in het voortreffelijcke Koninkrijk / 't welk met ons soor door nabuer- als maegschap verbonden is. In des welks ontoeringe de bloedige uitwerker van on-eenigheden niet alleen dit be-oogt heest / dat de kroon van den Antichrist hier door als 't eenigste schilt / door de geheele Chisten-wereld mogte beschut werden / maar ook dat hp selve op de kosten van een uitheemsche woedinge sijn tyranne over ons goede en bisedt mochte stijven. Ik bid u / en wile niet toe laten / dat het aen u schoot / als het middel der Goddelijke handt / die u foodanig de wegen van u welvaren weder te verkrijgen / voog wijs. Want wat schijnt ghp voor 't gesae? Waerom verstoigt ghp vnde gegenecheden / of waerom verbergt ghp uwé gemoeideren / die voor 't ongelijk / waerder besfeert sijn / dan dat se verdragen kommen langer verborgen te blijven / terwyls Godt selve voor u strijd / en maer nochtigt over de zege te sijchen? Want die tyran is nu ryp (gevoest de aengroetende voerbeelden) om te ballen / hy is tot het einde sijner moertwilligheit oter gekomen / waer doo/ hy aengerecht / so met ongehoorde als verwoestiche voordelen / alle oude standen 't onderste, boven gekeert heeft. En indien ghp des selfs loop en noode-lot niet verstaet / so kondt ghp klaerlijck mit de uitkomst der dingen van den beginne des werelds leeren / dat dit den omloop is van alle tyrannen / dat se